6.

Euler an Bernoulli 16. Mai 1729.

Antwort auf Bernoullis Brief vom 18. April 1729. Original in der Bibliothek der Akademie der Wissenschaften in Stockholm. Einige Zeilen veröffentlicht von Eneström im Bihang till svenska vetenskapsakademiens handlingar 5, Nr. 21 (1880), S. 21, und in der Biblioth. Mathem. 1899, S. 23—24.

Inhalt. Die Logarithmen negativer Größen. — Drei Arten von Differentialgleichungen zweiter Ordnung, die integriert werden können. — Die kürzeste Linie auf einer Oberfläche; noch einmal ausführliche Behandlung des Falles, wo die Oberfläche konisch ist.

Viro Celeberrimo Joh. Bernoulli S. P. D.
Leonh. Euler.

Acceptis heri Festo Ascensionis Christi Tuis literis statim ad eas respondendum duxi, etsi magis deceret paulisper differe responsionem, propter literarum tuarum res tam arduas talesque ut tempore opus sit non parvo, debito modo ad eas respondendum. Tamen, cum animus sit crastina die hinc proficisci, et mensem circiter rure degere cum Cl. Filio Tuo aliisque amicis, nimis longum mihi videbatur differendae responsionis tempus. Quamobrem hoc quidem tempore respondeo quae iri promtu sunt; quae majore industria opus habent temporisque plus requirunt, rure reversus perscribam.

Quod primo scribis de logarithmis imaginariis, id mihi nondum satis est perspicuum, praecipue discrimen, quod ponis inter $l-(x)$ et $l(-x)$ nondum percipere possum, neque quo calculo ductum ad unum potius horum logarithmorum, quam ad alterum pervenire oporteat. Praeterea expressio sectoris circularis $\frac{aa}{4\sqrt{-1}}\, l\, \frac{x+y\sqrt{-1}}{x-y\sqrt{-1}}$ debita constante jam mihi videtur esse aucta, cum facto $x=0$ exhibeat sectorem evanescentem. Deinde si modo, nQ adjici deberet, id quod vero nondum perspicio, n mihi praeter multiplum quaternarii nihil aliud denotare posse videtur, cum demum post quatuor quadrantes percursos una revolutio absolvatur. Sin vero n, $\frac{1}{2}$ esse potest, poterit quoque $\frac{1}{4}$ et omnes numeros significare, unde superfluum est etiam $\frac{aa}{4\sqrt{-1}}\, l\, \frac{x+y\sqrt{-1}}{x-y\sqrt{-1}}$ adhibere, ad sectorem exprimendum, cum solum nQ sufficiat ad sectorem quemvis repraesentandum[1]). Quicquid autem sit, res ita mihi se habere videtur, ut neque Tu ex tuo conceptu, neque nos nostro hac in re in paralogismum incursuri simus.

1) Vgl. über diese Bemerkungen von Euler die Anmerkungen S. 360 und 361. Merkwürdigerweise hat Johann Bernoulli in seiner Antwort die kritischen Bemerkungen von Euler gar nicht beantwortet.

Aequationum differentio-differentialium utique tria genera ad differentiales primi gradus reducere possum quorum primum comprehendit omnes aequationes duobus terminis constantes, cujusmodi est

$$y^m ddy = x^n dx^p dy^{\,2-p},$$

quae est homogenea[1]).

Alterum genus est aequationum, in quibus alterutra indeterminata in singulis terminis eundem habet dimensionum numerum ut

$$ddx = Yx^m dx^{\,1-m} dy^{\,1+m} - \mathfrak{Y} x^n dx^{\,1-n} dy^{\,1+n} \text{ etc.}$$

quae itidem est homogenea, et in singulis terminis x unius habet dimensionis[2]). Sic se habet aequatio in schediasmate meo praelecto coram conventu, et quoniam id non amplius in manibus erat, cum postremas mandarem literas, fieri potuit ut in perscriptione harum aequationum falsus sim.

Tertium genus complectitur aequationes simili modo homogeneas, quo Tu aequationes differentiales 1^{mi} gradus tales vocare soles, ut[3])

$$ax^m y^n dx^p dy^q ddy + bx^r y^{\,m+n-r} dx^s dy^{\,p+q-s} ddy \text{ etc.}$$
$$= cx^t y^{\,m+n-1-t} dx^v dy^{\,p+q+2-v} \text{ etc.}$$

Has aequationes sic reduco, ut eas in alias transmutem, in quibus alterutra indeterminata finitae quantitatis nusquam reperitur, quae ergo facto $dy = pdx$, posito dx const., ad differentiales primi gradus reducuntur. Totum meum artificium unici casus reductione illustrasse sufficiat. Sit reducenda haec aequatio:

$$y^m ddy = x^n dx^p dy^{2-p},$$

ubi $ddx = 0$, pono

$$x = c^v \text{ et } y = c^{\frac{n+p}{m+p-1}v}\, t,$$

posito c numero cujus log. $= 1$, erit, posito brevitatis gr. $\frac{n+p}{m+p-1} = \alpha$,

$$dy = c^{\alpha v} dt + \alpha c^{\alpha v} t dv$$

et

$$dx = c^v dv$$

et

$$ddx = c^v ddv + c^v dv^2 = 0,$$

ergo

$$ddv = -dv^2,$$

1) Vgl. über diese Gleichung S. 128—130 der schon zitierten Abhandlung *Nova methodus innumerabiles aequationes differentiales secundi gradus reducendi ad aequationes differentiales primi gradus.*

2) Vgl. über diese Gleichung S. 134—136 der soeben zitierten Abhandlung, wo Euler $m - h$ statt n eingeführt hat.

3) Nur einen sehr speziellen Fall dieser Gleichung hat Euler in seiner Abhandlung (S. 130—134) behandelt.

ergo

$$ddy = c^{\alpha v}(ddt + 2\alpha dt dv + (\alpha\alpha - \alpha)\, t dv^2).$$

Quibus valoribus substitutis habebitur

$$c^{\overline{m+1}.\alpha v}(t^m ddt + 2\alpha t^m dt dv + (\alpha\alpha - \alpha)\, t^{m+1} dv^2)$$
$$= c^{(n+p+2\alpha - p\alpha)v} dv^p (dt + \alpha t dv)^{2-p}.$$

Quia vero est

$$\alpha = \frac{n+p}{m+p-1},$$

erit

$$\overline{m+1}\,.\,\alpha = n + p + 2\alpha - p\alpha.$$

Unde diviso per $c^{\overline{m+1}.\alpha v}$ restabit haec aequatio

$$t^m ddt + 2\alpha t^m dt dv - (\alpha\alpha - \alpha)\, t^{m+1} dv^2 = dv^p (dt + \alpha t dv)^{2-p}.$$

Fiat porro $dv = z dt$, erit

$$ddv = z ddt + dz dt = - dv^2 = - zz dt^2,$$

ergo

$$ddt = - z dt^2 - \frac{dz dt}{z}.$$

Ex quo fit

$$- t^m z\, dt^2 - \frac{t^m dz dt}{z} + 2\alpha t^m z dt^2 + (\alpha\alpha - \alpha)\, t^{m+1} zz dt^2$$
$$= z^p dt^2 (1 + \alpha t z)^{2-p}$$

seu

$$z^{p+1}(1 + \alpha t z)^{2-p} dt = (\alpha\alpha - \alpha) t^{m+1} z^3\, dt + (2\alpha - 1) t^m zz dt - t^m dz.$$

Quae aequatio, quia est differentialis primi gradus, si construi posset, etiam proposita

$$y^m ddy = x^n dx^p dy^{2-p}$$

construi posset. Hujus aequationis est casus specialis $yyddy = xdx^2$, quae reducta abit in hanc (ob $m = 2$, $n = 1$, $p = 2$ et inde $\alpha = 1$)

$$z^3 dt = ttzz\, dt - tt\, dz.$$ [1]

Ex hisce facile erit concludere, quomodo altera duo genera pertractem.

Aequatio Tua pro linea brevissima generalis egregie cum mea convenit, in eam enim transmutatur expressa litera T ex aequatione mea assumta

$$P dx = Q dy + R dt.$$

1) Hier hat Johann Bernoulli notiert: „Inventa relatione inter z et t, sumendum est $x = c^{\int z dt}$, et $y = c^{\int z dt} t$; caeterum ad hanc aequationem facilius pervenio methodo dudum mihi usitata ut in adjecta scheda apparet.“ Diese „scheda“ ist nicht aufbewahrt, wahrscheinlich ist ihr Inhalt für den Aufsatz in dem 4. Bande (S. 79—80) der *Opera omnia* von Johann Bernoulli benutzt worden.

Aequationem meam quidem ex natura minimi deduxi, sed aliis quibusdam modis ad eandem perveni aequationem. Problema, quod hac occasione proponis, nunc cogitationes meas occupabit, et si quid invenero proxime recensebo.

Aequationem

$$\frac{dxddx + dyddy}{dx^2 + dy^2} = \frac{dxddx + dyddy}{dt^2 + dx^2 + dy^2}$$

eodem, quo doces, modo, in dissertatione mea reduxi, sed cum viderem divisione per $dxddx + dyddy$ idem resultare, eam ob brevitatem adhibui. Ex aequatione

$$xdy - ydx = a\sqrt{dt^2 + dx^2 + dy^2}$$

non eo hanc

$$du = \frac{z\sqrt{dt^2 + dz^2}}{\sqrt{zz - aa}}$$

derivo, quo faciliorem constructu eam arbitror, sed ea commodius ad casus speciales accommodatur. Modus autem ejus eruendae ex illa, factis

$$xx + yy = zz$$

et

$$\sqrt{dt^2 + dx^2 + dy^2} = du,$$

hic est. Ob

$$xx + yy = zz,$$

est

$$xdx + ydy = zdz$$

ergo

$$xxdx^2 + 2\,yxdxdy + yydy^2 = zzdz^2.$$

Altera aequatio dat

$$du^2 - dt^2 = dx^2 + dy^2,$$

unde

$$zzdu^2 - zzdt^2 = xxdx^2 + yydx^2 + xxdy^2 + yydy^2,$$

a qua si illa auferatur restabit

$$\begin{aligned} xxdy^2 - 2yxdydx + yydx^2 &= zzdu^2 - zzdt^2 - zzdz^2 \\ &= (xdy - ydx)^2 = aadu^2, \end{aligned}$$

ergo

$$du = \frac{z\sqrt{dt^2 + dz^2}}{\sqrt{zz - aa}}.$$

Caeterum methodus mihi quoque est lineae brevissimae in superficiebus conoideis per quadraturas construendae. Aequatio mea canonica pro superficiebus conoideis haec est

$$xx + yy = T,$$

ubi T denotat functionem quamcunque ipsius t. Posito ergo

$$xx + yy = zz,$$

erit
$$T = zz,$$
ergo t aequalis erit functioni cuidam ipsius z, quam pono $\int Zdz$.

Sit jam (Fig. 1) BMC planum ad axem solidi perpendiculare et A vertex, sit porro BMC projectio lineae brevissimae in qua sit $AP = x$, $PM = y$, erit $AM = z$. Sit elementum curvae hujus



Fig. 1.

$$\sqrt{dx^2 + dy^2} = ds = \sqrt{du^2 - dt^2},$$
unde
$$du = \sqrt{dt^2 + ds^2} = \frac{z\sqrt{dt^2 + dz^2}}{\sqrt{zz - aa}},$$
seu $$(zz - aa)\, ds^2 = aadt^2 + zzdz^2 = aaZZdz^2 + zzdz^2,$$
ob $dt = Zdz$. Ergo
$$ds = dz\sqrt{\frac{aaZZ + zz}{zz - aa}}.$$

Demittatur ex A in tangentem MT perpendiculum $AT = p$, erit
$$ds = \frac{zdz}{\sqrt{zz - pp}} = \frac{dz\sqrt{aaZZ + zz}}{\sqrt{zz - aa}}.$$
Consequenter
$$aazzZZ - aappZZ = ppzz - aazz,$$
seu
$$p = az\sqrt{\frac{ZZ + 1}{aaZZ + zz}}.$$
Ex qua aequatione curva facile construitur.

Quod ad corpora conica attinet,[1] aequationes pro iis, sumto initio abscissarum in vertice, tales esse debent, ut variabiles t, x, y in singulis terminis eundem dimensionum numerum constituant, uti $tt = xx + yy$. De hoc dubium non est, de novo rem scrutatus sum. Inde ergo eruitur $t =$ functioni cuidam ex x et y compositae unius tantum dimensionis, erit igitur $t : x =$ functioni nullius dimensionis, ut $\frac{x}{y}$, $\frac{x}{\sqrt{xx+yy}}$, ubi in numeratore tot sunt dimensiones, quot in denominatore. Haec functio dicatur F, eritque
$$t : x = F,$$
unde
$$\frac{xdt - tdx}{xx} = dF;$$
ponatur
$$dF = Mdx + Ndy,$$

1) Das Folgende stimmt wesentlich mit dem Ende des Briefes vom 18. Februar 1729 überein (siehe oben S. 357—358).

cum F ex x et y componatur. Ex eo vero quod F sit functio nullius dimensionis, fluit esse

$$Mx + Ny = 0,$$

ergo

$$M = -Ny : x;$$

erit autem

$$xdt - tdx = Mxxdx + Nxxdy = Nxxdy - Nxydx,$$

ergo

$$(Nxy - t)dx = Nxxdy - xdt,$$

seu

$$\left(xy - \frac{t}{N}\right)dx = xxdy - \frac{xdt}{N}.$$

Erat autem canonica aequatio

$$Pdx = Qdy + Rdt,$$

quae huc traducta dabit

$$P = xy - \frac{t}{N} \text{ et } Q = xx;$$

est vero

$$N = \frac{xdt - tdx}{xxdy - xydx}.$$

His valoribus in generali aequatione pro linea brevissima, quae est

$$\frac{Qddx + Pddy}{Qdx + Pdy} = \frac{dxddx + dyddy}{dt^2 + dx^2 + dy^2}$$

substitutis, habetur[1])

$$\frac{ydtddy - tdyddy + xdtddx - tdxddx}{ydtdy - tdy^2 + xdtdx - tdx^2} = \frac{dxddx + dyddy}{dt^2 + dx^2 + dy^2}.$$

Ponatur

$$tt + xx + yy = zz,$$

ut sit z distantia puncti cujusvis lineae brevissimae a vertice, et

$$\sqrt{dt^2 + dx^2 + dy^2} = ds$$

elementum lineae brevissimae. His substitutis, dat:

$$ds = \frac{zdsddz + dz^2ds - zdzdds}{ds^2},$$

quae integrata dat

$$\frac{zdz}{ds} = s,$$

et porro

$$ss = zz + C = tt + xx + yy + C.$$

Quae aequatio cum ea, quam alia methodo faciliori investigavi, con-

1) An der entsprechenden Stelle in der gedruckten Abhandlung von Euler ist die Gleichung auf Grund eines Versehens unrichtig. Dort ist nämlich (S. 120) das linke Glied:

$$\frac{yxdtddx - tydxddx - txdyddy + xydtddy}{yxdtdx - tydx^2 + txdy^2 - xydtdy}.$$

gruit, neque usquam paralogismum deprehendere potui. Hic ergo hanc epistolam finio, alio tempore uberius hac de re scripturus.

Vale itaque, Vir Celeberrime, mihique favere perge atque Tibi persuade me Tui esse observantissimum.

Petropoli die 16. Maj.
A. 1729.

7.

Euler an Bernoulli 21. Oktober 1729.

Original in der Bibliothek der Akademie der Wissenschaften in Stockholm.

Inhalt. Integration einer Differentialgleichung zweiter Ordnung. — Tautochrone und isochrone Kurven. — Reihe, deren allgemeines Glied $1 . 2 . 3 \ldots . n$ ist, und das Glied dieser Reihe, das $n = \frac{1}{2}$ entspricht.

Vir Excellentissime Celeberrime.

In ultimis Tuis, quas ad Clar. Filium dedisti, literis mentionem fecisti methodi meae innumerabiles aequationes differentiales secundi ordinis ad primum reducendi, quibus Te quoque, Vir Celeberrime, earumdem reducendarum modo potiri significasti. Hoc ni fallor, exemplum attulisti

$$a x^m d x^p = y^n d y^{p-2} d d y,$$

cui semper aequatio quaedam parabolica satisfacere Tibi observata sit. Hic quidem casus est particularis, nam aequatio differentio-differentialis, ut Tute innuis, multo latius patet. Exponam hic universalem ejus reductionem, ut cum Tuis conferre possis[1]). Pono

$$x = c^{(n+p-1)\int z dt} \text{ et } y = c^{(m+p)\int z dt} t,$$

ubi c denotat numerum cujus logarithmus hyperbolicus est 1. His factis substitutionibus, exponentialia per divisionem tolli poterunt, et si dx ponitur constans, aequatio tantum differentialis emerget, haec

$$a(n+p-1)^p z^p t = t^n (1+(m+p)tz)^{p-2} [-\frac{dz}{z} + (2m-n+p+1) z dt + (m+p)(m-n+1) t z^2 dt].$$

Quae si construi poterit, etiam aequationis differentio-differentialis constructio in promptu erit. Simili modo reliquas, de quibus scripsi, aequationes reduco.

Habeo praeterea, Vir Celeb. quaedam, quae ad tautochronas spectant, Tibi explicare, quae haud displicitura spero. Incidi nuper in hanc ques-

1) Vgl. S. 128—130 der Eulerschen Abhandlung *Nova methodus innumerabiles aequationes differentiales secundi gradus reducendi ad aequationes primi gradus.*

tionem, quomodo data curva, in qua fit descensus corporis in vacuo tantum, aliam inveniri oporteat ei jungendam, in qua ascensus fiat ut omnes oscillationes absolvantur eodem tempore. Ut data (Fig. 2) curva BA, requiritur altera AC eiusmodi, ut corpus super BAC oscillans integras oscillationes perficiat eodem tempore, utut eae sint inaequales. Hic statim perspicuum est, si altera fuerit semicyclois, et alteram talem fore. Problema hoc Clar. Filio Tuo communicavi simulque cum eo in illo operam collocavi. Solutionem vero et ipse et ego



Fig. 2.

statim post adepti sumus, eamque coram societate proposuimus[1]). Mihi quoque haec meditanti ejus conditionis in mentem venit, ut inquirerem, quibus casibus hae duae curvae sint partes ejusdem curvae continuae. Non difficile quidem erat innumerabiles hujusmodi curvas invenire quae oscillationes reddant isochronas, sed algebraicas curvas eruere minus facile visum erat. Assecutus autem sum[2]) unicam algebraicam quae est quarti ordinis et dictis AP, x; PM, y, hac exprimitur aequatione

$$81\,y^4 \pm 54\,a y^3 - 216\,axyy - 256\,ax^3 + 9\,aayy - 72\,aaxy + 48a^2xx - 9\,a^3x = 0,$$

in qua $\frac{1}{2}\,a$ significat longitudinem penduli isochroni. Hujusmodi ergo curvae, quarum numerus est infinitus, aeque sunt tautochronae atque cyclois, cum oscillationes integrae omnes sint aequalis durationis. Sed hoc differt inter eas et cycloidem, quod in hac etiam dimidiae oscillationes a puncto infimo sumtae sint isochronae, quod ibi locum non habet. Ad usum vero pendulorum omnes debent esse aequaliter idoneae.

In hac questione tali usus sum methodo, quae omnes prorsus casus complectatur, quod non exigui hac in re momenti mihi esse videtur, cum inde simul demonstrationem sim assecutus, praeter cycloidem nullam aliam curvam hoc modo tautochronismum producere posse, id quod ante Cl. Filio Tuo non penitus certum visum est. Non alio autem usus sum principio nisi hoc ut tempus oscillationis debeat esse constans, sive ut in functionem

1) Vergl. die Abhandlungen von Euler: *De innumerabilibus curvis tautochronis in vacuo;* Comment. acad. sc. Petrop. 4, 1729 (gedruckt 1735), S. 49—66; *Quomodo, data quacumque curva, invenire oporteat aliam, quae cum data quodammodo juncta ad tautochronismum producendum sit idonea;* daselbst 5, 1730/1731 (gedruckt 1738), S. 143—159, und *Solutio singularis casus circa tautochronismum;* daselbst 6, 1732/1733 (gedruckt 1738), S. 28—36.

2) Vgl. S. 63 der soeben zitierten Abhandlung *De innumerabilibus curvis tautochronis in vacuo.*

tempus exprimentem, nulla quantitas quae ab arcu descripto pendet, ingrediatur. Ex quo deinde deduxi, quale debeat esse elementum temporis. Et sane haec methodus hoc utilitatis mihi praestitit, ut etiam tautochronam in medio secundum quadrata velocitatum resistente invenerim.[1])

Sit (Fig. 3) curva AMC talis, ut globus super ea descendens semper aequali tempore ad infimum punctum A perveniat. Hujus sequentem inveni aquationem:[2])



Fig. 3.

$$8m^2asds + 3(m-n)nfxds$$
$$= 8(m-n)mafdx,$$

in qua s denotat arcum quemvis AM, x respondentem abscissam AP, a diametrum globi oscillantis, f longitudinem penduli dimidias oscillationes aequali tempore absolventis, et m ad n rationem gravitatum specificarum globi et fluidi. Curva haec CMA ultra A continuatur in AD, quae hanc habet proprietatem, ut omnes ascensus super ea sint isochroni. Ex quo intelligitur omnes oscillationes super curva CAD esse isochronas, dum descensus super CA et ascensus super AD fiant. Hinc ejus quoque problematis, quod in vacuo proposui, solutionem sum nactus. Infinitos nimirum casus binarum curvarum jungendarum dare possum, super quibus oscillationes fiant isochronae. In aliis quidem medii resistentes hypothesibus methodo mea idem nondum assequi potui; cujus rei ratio est, quod ibi mobilis velocitas finite exprimi non possit, quemadmodum, si resistentia quadrato velocitatis proportionalis est, fieri potest.

Unicum adhuc, Vir Excellentissime, quod ad progressiones attinet nunciandum restat. Agitata est a Clar. GOLDBACHIO in literis ad Clar. Filium Tuum datis[3]) haec progressio

$$1,\ 1.2,\ 1.2.3,\ 1.2.3.4. \text{ etc. seu } 1,\ 2,\ 6,\ 24,\ 120 \text{ etc.},$$

cujus ut termini medii determinarentur, requirebat. Variis quidem modis et ipse et Filius Tuus iis proximos dederunt. Verum tautochronis

1) Siehe die Abhandlung von EULER, *Curva tautochrona in fluido resistentiam faciente secundum quadrata celeritatum;* Comment. acad. sc. Petrop. 4, 1729, S. 67—89.

2) Vgl. S. 77 der soeben zitierten Abhandlung *Curva tautochrona in fluido resistentiam faciente secundum quadrata celeritatum.*

3) Die Frage wurde zum ersten Mal gestellt in einem Briefe von CHR. GOLDBACH an DANIEL BERNOULLI vom 18. November 1728 (siehe FUSS, a. a. O. II, S. 273). Vgl. noch über diese Frage FUSS, a. a. O. II, S. 278, 283, 285, 325, 328.

quaerendis in modum incidi eosdem accurate inveniendi.[1]) Terminum enim ordine $\frac{1}{2}$ aequalem esse demonstrare possum lateri quadrati circulo aequalis cujus diameter $= 1$. Hujus sesquialterum dat terminum ordine $1\frac{1}{2}$, unde reliqui exponentium $2\frac{1}{2}$, $3\frac{1}{2}$ etc. invenientur.

Haec igitur sunt, Vir Celeberrime, quae hoc tempore judicio Tuo submittere volui, quae si placuerint accuratius sum expositurus.

Vale et favere perge, Vir Excellentissime Celeberrime,

Dabam Petropoli d. 21. Octobr.
A. C. 1729. Tibi Obstrictissimo Eulero.

Aufschrift:

A Monsieur
Monsieur Jean Bernoulli
Très Celebre Professeur des Mathematiques
à
Bâle.

8.

Bernoulli an Euler 17. Dezember 1729.

Antwort auf Eulers zwei Briefe vom 16. Mai und 21. Oktober 1729. Original verloren; Konzept in der Bibliothek der Akademie der Wissenschaften in Stockholm. Veröffentlicht von Eneström im Bihang till svenska vetenskapsakademiens handlingar 5, Nr. 21 (1880), S. 10—15.

Inhalt. Integration zweier Differentialgleichungen zweiter Ordnung. — Bemerkung über eine dritte von Euler erwähnte Gleichung zweiter Ordnung. — Tautochrone und isochrone Kurven. — Über die Reihe, deren allgemeines Glied $1.2.3 \ldots n$ ist.

Viro Cel. Leonhardo Eulero S. P. D. Joh. Bernoulli.

Egregia sunt quae habuisti in binis litteris ad me postremo datis; cum autem novissimas ante paucos demum dies acceperim, brevis ero in mea responsione, atque communicabo vicissim quae ea occasione inveni, etsi breve admodum meditandi spatium concessum fuerit. Quod attinet ad reductionem hujus aequationis differentio-differentialis[2])

$$y^m ddy = q x^n dx^p dy^{2-p},$$

eam tum temporis cum acciperem anteriores tuas litteras, ita obtinui: Posui statim $y = tx^a$, ut et valores ex hac suppositione prodeuntes ipsarum dy et ddy (supposito $ddx = 0$) substitui in aequatione proposita. In aequatione transmutata posui porro $dx = xzdt$, ita ut inde emergat

1) Vgl. die Abhandlung von Euler, *De progressionibus transcendentibus seu quarum termini generales algebraice dari nequeunt;* Comment. acad. sc. Petrop. 5, 1730/1731 (gedruckt 1738), S. 36—57.

2) Vgl. den Aufsatz von Johann Bernoulli „Reductio aequationis $y^m ddy = qx^n dx^p dy^{2-p}$ ad aequationem differentialem primi gradus, ubi supponitur $ddx = 0$" in seinen *Opera omnia* T. IV, S. 79—80.

aequatio continens nullum dx, sed quae constet tribus indeterminatis x, t & z, quare ut eliminetur x, ponendae sunt (te quoque ita observante) exponentes ejus dimensionum ubique aequales, & hoc modo invenitur conditio ipsius a, nempe

$$a = \frac{n+p}{m+p-1};$$

sequestratis itaque x ex singulis terminis, superest aequatio duabus tantum indeterminatis t et z constans, quae erit tantum primi gradus. Curva ergo ei conveniens, si qua arte construi potest, dabit coordinatas z et t, ex quibus habentur valores ipsarum x et y, nimirum

$$x = c^{\int z\,dt}, \text{ et } y = t c^{\frac{n+p}{m+p-1}\int z\,dt},$$

ubi etiam c est numerus cujus logarithmus $= 1$. Fortassis non absimili modo invenisti tuum x et y, quando sumere jubes

$$x = c^{(n+p-1)\int z\,dt}, \text{ et } y = c^{(m+p)\int z\,dt}\,t.$$

Vides tunc rem peractam per substitutiones mihi primo dudum usitatas. In casibus quibusdam particularibus possunt separari z et t, sed non sine aliqua dexteritate. Sic pro hoc exemplo, quod satis memorabile est[1])

$$xxddy = qydx^2,$$

invenio aequationem finitam hanc

$$y = bx^{\left(\frac{1}{2} + \sqrt{q + \frac{1}{4}}\right)} + cx^{\left(\frac{1}{2} - \sqrt{q + \frac{1}{4}}\right)},$$

ubi b et c sunt coefficientes arbitrarii, quae omnino fit algebraica, si $\sqrt{q + \frac{1}{4}}$ est rationale. Caeterum aequatio parabolica quae semper satisfacit, haec est

$$(n - m + 1)\,y^{m+p-1} = (q(n+p)^{1-p} \times (m+p-1)^p)\,x^{n+p}.$$

Licet autem illa non omnes possibiles curvas complectatur, ideo tamen non est contemnenda, quia saltem solvit aequationem propositam et quidem semper per aequationem finitam[2]), etiam iis in casibus ubi in formula

---

1) Mit dieser Gleichung hatte sich Johann Bernoulli schon 1716 beschäftigt, wie aus seinem Briefe an Leibniz vom 20. Mai 1716 hervorgeht; eine weit allgemeinere Gleichung derselben Art hatte er nach eigener Angabe schon vor 1700 integriert (vgl. Biblioth. Mathem. 1898, S. 58—60). Es ist aber zu bemerken, daß für die im Texte angegebene Gleichung

$$n = -2,\ p = 2,\ m = -1,$$

so daß

$$\frac{n+p}{m+p-1} = \frac{0}{0};$$

die von Johann Bernoulli angegebene Methode ist also in diesem Falle nicht anwendbar. Vgl. hierüber Johann Bernoulli, *Opera omnia* T. IV, S. 81—83.

2) Auch hier ist zu bemerken, daß die fragliche Gleichung für den von Johann Bernoulli behandelten Spezialfall die Form $0 = 0$ annimmt.

generali indeterminatae t et z videntur inseparabiles, adeo ut pro constructione parum utilitatis allatum sit, rem reduxisse ad differentias primas.

Non satis intelligo in penultimis tuis literis, quam requirant conditionem duo altera genera aequationum, in quorum prioris generis aequationibus vis ut alterutra indeterminata in singulis terminis eundem habeat dimensionum numerum, cujus exemplum quod affers, hoc est

$$ddx = Yx^m dx^{1-m} dy^{1+m} + \mathfrak{Y} x^n dx^{1-n} dy^{1+n} \text{ \&c},$$

quam dicis *itidem esse homogeneam & in singulis terminis x unam habere dimensionem*, cum tamen utrobique x nec unam nec eandem habeat dimensionem; tertii generis exemplum, quod mentem tuam illustrare deberet, simili laborat obscuritate, praeterquam quod exponentes differentialium ita se habeant & reddant quantitates heterogeneas & ideo incomparabiles; oportet itaque ut te explices clarius, si ea de re judicare debeam.

Speculationes tuae de tautochronis mirifice quidem placent, sed illud quod proponis inveniendum, *data scilicet qualicumque curva, invenire aliam ei jungendam, per quam utramque oscillationes integrae sint isochronae in vacuo,* non admodum difficile est, nam statim ac legi e vestigio solvi adeoque non mirum est, si idem & Tu & filius meus solvistis. Tota res huc redit ut (Fig. 4) ad axem AG verticalem curvae datae ABH constituatur arcus cycloidalis AEF, verticem habens in A, et postmodum quaeritur alia curva ACL, ejus naturae, ut ducta quavis horizontali EC, secante curvas & axem in punctis E, B, C & P, arcus compositus BAC sit semper aequalis arcui cycloidico EA, ab eadem horizontali EC resecto vel sit ejusdem multiplex qualiscumque. Ducta enim proxima parallela ec, erit $Bb + Cc = Ee$ vel $n \times Ee$; concipiuntur jam duo mobilia cadere ex eodem horizonte FL, unum incipiens ab F, alterum ab H, habebunt illa in punctis E, B & C velocitatem aequalem, quae est $\sqrt{GP}$; erit igitur



Fig. 4.

$$\frac{Bb + Cc}{\sqrt{GP}} = \frac{Ee}{\sqrt{GP}}, \text{ vel} = \frac{n \times Ee}{\sqrt{GP}},$$

unde tempuscula duo per Bb & per Cc simul sumta sunt = tempuscula per Ee vel hujus multiplo, ideoque tempus per arcum compositum BAC = tempori per arcum cycloid. EA vel = hujus temporis multiplo; quandoquidem igitur tempora per singulos arcus cycloidales EA sunt aequalia, erunt etiam tempora per singulos arcus combinatos BAC aequalia h. e. oscillationes integrae (descensu et ascensu simul peragendo) sunt isochronae etiamsi tempus per descensum sit inaequale tempori per ascensum. Quod nunc attinet ad modum id praestandi, ut duo arcus BA & AC faciant arcus unius ejusdemque curvae continuae BAC, & ut quaeratur talis BAC quae sit algebraica, de quo ita loqueris, quasi Tu solus id praestiteris, ita ut nesciam annon in solutione harum duarum posteriorum conditionum habueris etiam socium filium meum aeque ac in priori, cujus solutionem ipsi non minus quam Tibi adscribis. Etenim hisce quoque conditionibus satisfacere haud adeo difficile deprehendes, ubi ante omnia hoc dico, in inquisitione hujus non opus esse ea quam innuis cautela, *ut nimirum in functionem tempus exprimentem nulla quantitas, quae ab arcu descripto pendet, ingrediatur.* Quin imo ego contrarium facio, dum curvam BAC determinaturus, assumo pro longitudine arcus AB vel AC, aliquam functionem convenientem solius arcus cycloidalis AE, quae functio id praestet, ut arcus illi duo AB et AC inde mutuo continuentur ex suppositione arcus AE negative sumti; sic post superiorem meam solutionem tempus non amplius in considerationem venit; ecce ergo meam methodum. Sit arcus cycloidis $AE = s$, fiatque ad lubitum aliqua ejus functio $= S$, quae componatur ex meris potentiis ipsius s dimensionum parium. Quo facto ponatur arcus $AC = s + S$, erit utique idem ille continuatus in partem oppositam seu negative sumtus $AB = -s + S$, adeoquo arcus ipse absolute seu affirmative sumtus $AB = s - S$. Hinc $AC + AB$ seu curva tota continua $CAB = 2s = 2AE$. Ergo curva CAB vel BAC erit isochrona. Q. E. I.

Restat ut modum ostendam naturam curvae exprimendi per aequationem inter coordinatas AP & PC, seu inter x et y ex assumta functione S, quod non est arduum. Differentietur S, voceturque $dS = Tds$; sit diameter circuli generatoris cycloidis $AEF = \frac{1}{4}a$, erit arcus AE seu $s = 2\sqrt{\frac{1}{4}.ax} = \sqrt{ax}$, unde $ds = \frac{1}{2}dx\sqrt{\frac{a}{x}}$ & dS seu $Tds = \frac{1}{2}Tdx\sqrt{\frac{a}{x}}$, adeoque

$$Cc = ds + dS = \frac{1+T}{2}dx\sqrt{\frac{a}{x}},$$

a cujus quadrato

$$\frac{1+2T+TT}{4x}adx^2$$

auferatur quadratum Pp seu dx^2, erit radix quadrata reliqui

$$dx\sqrt{\frac{a+2aT+aTT-4x}{4x}} = dy,$$

id quod dat aequationem pro natura curvae AB, quae ut algebraica fiat, id quidem dependet ab electione quantitatis liberae S; sumamus ergo $S = ss:a$ utpote simplicissimam inter functiones ipsius s praescriptam conditionem habentes; eritque $dS = Tds = 2sds : a = dx$, et $T = 2s : a = 2\sqrt{\frac{x}{a}}$; quibus substitutis in aequatione generali

$$dx\sqrt{\frac{a + 2aT + aTT - 4x}{4x}} = dy,$$

abit illa in hanc

$$dx\sqrt{\frac{a + 4\sqrt{ax}}{4x}} = dy,$$

quae ut commode integrari possit, scribatur tantisper (quod quidem jam supra fieri potuisset) $\frac{ss}{a}$ pro x, $\frac{2sds}{a}$ pro dx, et s pro $\sqrt{ax}$, & tunc habebitur

$$ds\sqrt{\frac{a + 4s}{a}} = dy,$$

cujus integrale

$$\tfrac{1}{6}\,\overline{a + 4s}\,\sqrt{\frac{a + 4s}{a}} = y + \tfrac{1}{6}a,$$

seu

$$(a + 4s)^{\frac{3}{2}} = (6y + a) \times \sqrt{a};$$

resubstituto pro $4s$ ejus valore $4\sqrt{ax}$ prodibit aequatio algebraica inter coordinatas x & y, quae haec est

$$(a + 4\sqrt{ax})^{\frac{3}{2}} = (6y + a) \times a\sqrt{a}.$$

Haec autem sublata asymmetria producit accurate tuam aequationem

$$81y^4 + 54ay^3 - 216axyy - \&c = 0.$$

